

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7859

Auteur(s) : Hugues de la Selle, Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (moine)

Bénéficiaire(s) : Soligny-la-Trappe, Notre-Dame de La Trappe (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1140-1200]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues de la Selle, moine de l'abbaye de la Trappe, cède à ladite abbaye deux terres sises au Chêne-Haute-Acre, moyennant une redevance annuelle en argent.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Charencey Hyacinthe (Comte de), *Cartulaire de l'Abbaye de Notre-Dame de la Trappe*, publié d'après le manuscrit de la Bibliothèque Nationale, Alençon, Renaut de Broise (Société historique et archéologique de l'Orne), 1889, F. « De Chesne Haudacre », n° XI (« Confirmatio de Hugone de Cella »), p. 184-185.

Dissertation critique

L'abbaye Notre-Dame de La Trappe est fondée en 1140. Peu d'indices à dater, mais cet acte est donc postérieur à cette année. Le fait que cet acte présente une liste de témoins sans date suggère qu'il est antérieur à la fin du XIIe siècle.

Texte établi d'après a

In nomine... Quamvis eo tempore notum fieret pluribus, posterorum tamen memorie per scriptum mandare studuimus quatinus Hugo de Cella, monachus Sancte Marie Domus Dei de Trappa, XXti acras de terra quam habebat ad Quercum Haldacre circa locum ubi manere eligerent, solidas ac quietas habere donavit in elemosina in perpetuum ; item totam aliam suam terram, quicquid ibi habebat, exceptis LXta acris quas sibi supra Melicurtem in unam partem retinuit, similiter in elemosina, pro anima sua ac predecessorum suorum, eis excolere concessit, hoc tamen pacto, ut primo anno XV solidos haberet a monachis pro concessione, tribus vero sequentibus annis denarios sol. (sic) aliis autem singulis annis ipse et heres suus XXti solidos expeterent in futurum. Sed et hoc non est preterendum quod ille XL acre nulli ecclesie nullique alii persone gratis vel pro pretio dari vel etiam accommodari possent a prefato Hugone, nisi filio de muliere aut filie sue, sed monachi, sicut et aliam, eam terram excolerent sine pretii augmentatione, vel ut, e contrario si perderent, perderent sine nominati pretii diminutione. Preterea, in conventionem eorum est quod, si quis, hereditario jure, aliquam partem in terra illa sibi acclamaverit, cui equitatis ratione contradici non possit, habeat quidem patrimonium ita, ut redditus diminuatur et pretium. Nec hoc silendum esse putamus, quod si monachi in eadem terra expensas aliquas habuerint, ut est, verbi gratia, ruppurta, marna, ediumtium (?) clausura, monachi, ut diximus, expensas suas non perdidissent. Item Riboldus, qui in eo tempore Pontem Elchesridum habebat. dominus et heres, concessit monachis ut, si qua contentio vel discordia inter ipsum et predictum Hugonem exoriretur, nichil per violentiam in terra illa quereretur, nisi id redditus solummodo quod prefatus Hugo ibi haberet. Hanc concessionem fecit Hugo de Cella et uxor ejus Christiana, filius vero ejus

Robertus et Richeldis, filia ; Riboldus similiter, sub cuius dominio terra tenebatur, insuper, pro salute anime sue et predecessorum suorum, totum servitium illius terre, quicquid ad eum pertineret, excepto hoc quod ad dominos suos pertinet, libere ac quiete condonavit, hoc excepto, quod si quando contingeret quod de annona, quum illa terra cresceret, in patria illa molerent, ad suum molendinum venirent. Maria autem, uxor ejus, hec concessit coram hiis testibus: Hugone de Plessez, Radulfo filio ejus, Ric[ardo] fratre ejus, Huberto de Monte Forti et multis aliis.